



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XC. Der Rath zu Salzwedel acceptirt ein ihm von Johann Wolters  
zugewandtes Vermächtniß, am 24. Januar 1327.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

dictus primo diebus vite sue dictis redditibus solus potens quiete potiat, Deinde se mortuo prefatus Johannes eidem in vita eque sua potiat, ambobus autem mortuis Redditus sepedicti per consules tunc temporis antedictae Civitatis ad structuram cuiusdam nove domus hospitalis et inibi infirmorum fovendorum tenebuntur erogari, vt jam dictus dominus Johannes Emptor horum reddituum pro gloria dei sueque matris gloriose virginis Marie fieri predisposuit, anime sue in Salutem atque suorum cunctorum progenitorum. Cuiusmodi rationabile factum nostro sigillo duximus Roboratum (sic). Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXIII<sup>o</sup>., In die Beati apostoli Andree.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 41, No. 2.

LXXXIX. Der Rath der Altstadt Salzwedel verschreibt an Conrad Crun eine Rente in Zinshebungen aus der Stadt, am 20. November 1326.

Nos Theodoricus Bolck, Theodoricus Barun, Conradus Crun, Christianus Tholner, Theodoricus Witinch, Woltherus Hartwici, Henricus Bernardi, Theodericus brewitz, Helvicus de Stulpen, Latkat, Wesseke, Vese Lyderhusen, Consules antique civitatis Soltwedel, tenore presentis litere recognoscimus et profiteur, quod Conrado Crun et suis heredibus veris XV solidos Soltwedel. denariorum in domo Alberti Bodonis III solidos et XII solidos in domo Conradi fuforis candelarum in perpetuum ab omni collecta liberos donauimus et solutos pro IV solidis perpetui census, quos nostre ciuitati per unius marce argenti donationem comparauit, faciendi et dimittendi cum predictis XV solidis liberis sibi donatis per nos, quod sue beneplacitum fuerit voluntati, nullo penitus de foro consilii ciuitatis Soltwedelenfis imposterum contradicere valente nec audente. In cuius rei testimonium sigillum nostre ciuitatis presentibus est appensum sub anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXVI<sup>o</sup>., sequenti die post festum beate Elizabeth vidue.

Nach dem Original des Salzw. Archives XVI, 3.

XC. Der Rath zu Salzwedel acceptirt ein ihm von Johann Wolters zugewandtes Vermächtniß, am 24. Januar 1327.

Nos Johannes albus, Johannes prope fontem, Thydericus bolck, Thydeke barun, Wolterus hartwyci, Gerardus genth, Johannes bertoldi, albertus brewyz, Latkote, Gerardus thuriz, arnoldus rytzleue, Godekinus Wolteri, Consules antique ciuitatis soltwedel, recognoscimus et protestamur in hiis scriptis, Quod Johannes Wolteri pie memorie comparauit XII solidos soltwedelenfium denariorum in domo Elekini doleatoris ante caltrum perpetui census, qui dicitur worttins, et eisdem XII solidos consulibus antique ciuitatis Soltwedel singulis annis assignauit in octaua sancti Mychaelis archangeli per camerarios ciuitatis antedictae largiendos, sic quod vniciue consulum vnus solidus manualiter tribuatur pro eo, quod magistris gylde pannicidarum ad hoc iubendo inclinent, vt duas marcas argenti, per ipsum Johannem Wolteri via elemosyne a gilda pannicida-

rum eo superflite comparatas, pauperibus suo tempore erogare non dimittant, vnam marcam in lineis vestibus, aliam in calceis singulis annis pauperibus distribuendo, ad quas elemosinas matrona, Ghesa dicta, de sancto spiritu adiecit dimidium chorum filiginis, quam magistri predictae gyldes pannicidarum singulis annis perpetue erogabunt, jta scilicet, quod VI modii iam dicti dimidii chori ad calceos et VI modii ad lineas vestes pauperibus misericorditer suo tempore distribuuntur, prout de duabus marcis superius est expressum. In cuius rei testimonium sigillum nostre ciuitatis presentibus est appensum sub anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXVII<sup>o</sup>., sabbato quatuor temporum venite adoremus.

Nach dem Original im Salzweh. Archive XIV, 11.

XCI. Bischof Johann von Schwerin verschreibt der Glendengilde in Salzweh einen Ablass, am 7. Juni 1327.

Johannes, diuina gratia episcopus Zwerinensis ecclesie, vniuersis matris ecclesie filiis, quibus presens scriptum fuerit exhibitum, salutem in domino sempiternam. Cupientes fidelium mentes ad deuotionem erigere omnibus uere penitentibus confessis et contritis, qui fratribus exulum in saltwedel manus porrexerint adiutrices uel promotionem aut auxilium prestauerint, qui eorum diuinis et kalendis interfuerint, de misericordia omnipotentis dei et beatorum apostolorum petri et pauli apostolorum meritis confisi, de iniuncta sibi penitentia XL dies et vnam karenam, dummodo consensus dyocesani accedat, salubriter in domino relaxamus. Datum Danneberghe, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXVII<sup>o</sup>., in dominica, qua cantatur domine ne in tua, sub nostro secreto.

Nach dem Original im Stadtarchiv zu Salzweh, Fach 12, No. 18.

XCII. Gherard von Walstoue, Pfarrer in Geben, consentirt in einen Rentenverkauf an die Glendengilde, am 27. Juni 1327.

Ego Gherardus de Walstoue, sacerdos, plebanus in Geben, Cupio ad vniuersorum noticiam presentia intuencium siue audiencium lucidius peruenire et protestor manifeste, quod abrenuntio bonis videlicet XVIII mod. filiginis XVIII denar. II pullis, Que habui in villa Ritze — — et debui temporibus vite mee percepisse, Et quod fratres mei Bodo et Syfridus de Walstoue predicta bona fraternitati siue fratribus exulum vendiderunt. Hoc factum est de mea voluntate et consensu, ita quod in perpetuum debeant dicti fratres exulum sepe dicta bona possidere. In huius rei testimonium meum sigillum presentibus est appensum. Testes huius abrenunciacionis sunt Domini Thidericus, Wernerus de Schulenborch, milites, Dominus Ghuehardus, sacerdos, Wesseke, ciuis in Soltwedel, et quidam alii fide digni. Actum et datum anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXVII<sup>o</sup>., ante castrum Betzendorpe, sabbato ante festum apostolorum petri et pauli.

Danneil's Kirchengesch. d. St. Salzweh, S. 9. cf. Cod. V, 313.